

# Kreis Steinfurt

S 184

1265 (1264) Januar 27 Steinfurt.

[57]

Ludolf, Edler von Steinfurt, schenkt den Brüdern des Hospitalhauses in Stein-  
furt das Erbe Wennemar im Käpl. Ochtrop, Weiner Bischft.

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo,  
qui est salus omnium. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris,  
quod ego Ludolphus, nobilis homo de Stenwordia, inspiratione divina saluti  
anime mee sane providere cupiens sarcinam peccaminum meorum elemosinis  
pro modulo meo redimendo, memorans illud, quod omnes stabimus ante  
tribunal Christi unusquisque vicem pro suo recepturus merito, domum igitur  
quandam in Wene dictam Wenemarinc, cuius proprietas me contingebat, cum  
omni fructu et appendiciis ad eandem domum spectantibus beato Johanni et  
viris religiosis fratribus sancte domus hospitalis Jerosolo[mitani] in Stenwordia  
ob remedium anime mee et omnium parentum meorum vivorum ac defunc-  
torum cum consensu filiorum meorum Ludolpi (!), Balduini, Johannis et  
Ottonis et uxoris mee Lise et filiarum et omnium heredum meorum, iure  
proprietatis sine omni inpetricione libere condonavi quiete perpetua possi-  
dendam. Ut autem hoc factum tam racionabiliter ordinatum firmum maneat  
et in perpetuo inconclusum, presentem paginam sigilli nostri munimine  
roboravimus. Testes vero huius rei sunt comes Otto de Benthem, Ludolfus  
de Brochterbeke, Henricus de Wllen, Gerhardus de Wllen, Godefridus  
dapifer, Winandus Dancevot, Reynerus de Havekesbeke, Johannes de Boclo,  
Johannes de Bekhem, milites; Ecke de Metelen, Rizardus et Reinerus de  
Leeden famuli et alii quam plures. Datum anno Domini M°cc°Lx°iu°, pridie  
ante octavam Agnetis in Stenwor[dia].

Orig. Siegel. VIII. Rep. II. 1. b. 25. Nr. 16. Rückschrift des 14. Jahr-  
hunderts: Wenemaringh in Wene in parochia Ochtorp; desgl. des 17. Jahr-  
hunderts: Donatio praedii Wennemar. Kopien im Käpial B fol. 78 und A  
fol. 26; nach letzterem gedruckt Darpe, S. 13.